



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 14. Bonum opus operata est in me. v. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

PASSIO D. N. SECUNDUM MARCUM

mulieri innocentis, humilianti se coram me & vobis, vel beneficiando mihi, vel paenitentiam agendo sibi, & satisfaciendo, vos qui omnes illas virtutes non solum imitari & sed laudare deberetis ex mea quidem doctrina & exemplo, desinite ergo eam molestare ultra.

OMitissime Iesu quo hodie homines sunt Christiani, qui ad fratres suos prætereuntem calumniantur! quo sunt qui bene agentes in Ecclesia calumniantur! plebs suos magistratus, & principes: unus ordo, alterum, unus Religiosus alterum mordet, filius filio inuidet, garrit, loquitur iniquitatem magis quam æquitatem, diligit verba præcipitationis lingua dolorosa! Utinam etiam esset qui eos moneret, tu tuum murmuratorem superiter monuisti: Da gratiam ut etiam sic cum proximo agam, si forte male agat, vel me offendat, omnem illi misericordiam impendam, ut conveni possit, non autem ut torqueatur & in animo suo odio inardescat.

§. 14. Bonum opus operata est in me. v. 6.

Dolebat discipulus adhuc de effuso illo pretioso in Christi caput balsamo magno pretio diuendendo, ideo Christus addit causam, ut illis & similium animos quieti reddat, dicens: Bonum opus operata est in me, non solum quod tam pretiosum vnguentum in mei gratiam fieri curarit, emerit, & effuderit tam largiter, & cum summo amoris affectu in caput meum sed etiam ideo quod non territa diris Iudeæ execrationibus, nihil mota & liorum discipulorum vel irrisionebus vel murmurationibus persistenter plena fide in me solum contenta quod boni consuleret ego ipsius ministerium mysterij plenum.

Eta fides & fide animata anima mea exurge: modo Deo placeas; chancetas modum non habet, largiter effundamus quidquid optimum habemus in Christum, non atrendendo quid expendamus. Sed cui & pro quo impendamus? ornata Ecclesiæ, allice per munera catechumenos, effundet saria & libellos oraturis. Cum hoc agis pretiosum effundis vnguentum quo vngi debet & vult Christus. Fides est non quæcumque sed per bona opera monstrata, qua vngitur Iesus, ex corde puro, sincero, permixta charitate, sic erit nardus spicatus pretiosus & pisticus quod ages, & fiet odor boni exempli in tota domo, quæ est ecclesia Christi. sic odorem dedit S. Benedictus, S. Bernardus S. Franciscus, Dominicus, Philippus Nerius, Ignatius, Clara, Theresia & innumerabiles in hac domo, qui hodieque perfecrat, contra factorem Martini Lutheri, Caluini & similium apostatarum.

§. 15. Semper enim pauperes habebitis vobis scum. v. 7.

Pauperes vel spiritu & animo, vel corpore & diuitijs, immo inopes &